



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Præpositus huius Monasterij, Anno 1514. de fundatione huius Monast. germanicis rithmis, ex ignorantia Historiarum & supina lectione prædicti libri reddituum, perperam scripsit.

In Annalibus huius Monasterij dicunt aliqui scriptum reperiri, prædictos Nobiles de Brandenburg, qui horum Comitum Ministeriales erant, fundationem huius Monasterij multum iuuisse, ac ut vulgò vocant, *Mistiffter* fuisse, de quò ego nihil affirmare possum, qui talia neq; viderim neq; legerim.

ANNO Domini. 1236. Monasterium hoc vnà cum suis Diplomatis, officiis & Clinodiis, totum igne consumptum est, longo post tempore restitutum per Hainricum Præpositum, potissimum ex largitionibus ac Elemosynis piorum hominum, Hainricus iste Præpositus, vnà cum Reuerendo Domino Doctore Galbano, Quinque ecclesiense ex Vngaria, Et Domino Georgio de Waldesck Anno 1371. Auenionem profectus à Gregorio 11. Pontifice impetrauit, ac Monasterio vnuit vicinam Parochiam in Neu kirch. Postea Anno, 1374. rursum consecrata est Ecclesia Monast. Hic Præpositus transtulit etiam omnia fundamenta in medium templi.

TENVEs hodiè sunt huius Monasterij redditus ac vix tantè, vt Præpositum cum duobus aut tribus Canonicis, qui interea Parochorum munere fungantur, alere possit.

Nobiles ibi sepulti.

Aliqui de Pienzenau.

De Hohenkirchen.

ADDITIONES.

NOTUM esse cupit Comes *Siboto* vniuersis Christi fidelibus, tam præsentibus quam futuris, qualiter tres Ecclesias vrbibus suis positas, fidei dote, dotauerit, & vnde diuinum officium iugiter illic sit celebrandum. Ad altare illius Ecclesie, quod est super *Niuenburch* quod est inferius, quod & dedicatum est in honore sanctæ *Mariæ* & perpetuæ *Virginis*, dos pertinet quæ sita est apud villam *Sehaim*, & hic erat super hac inter Præpositum de *Wiare*: & militem proprium ipsius Comitum. Hanc item ipse Comes discreuit iuxta eos & distulit, & super altare jam dictum delegauit. Superius altare eiusdem Ecclesie quod in honore sancti *Ioannis Baptistæ*, & sancti *Jacobi* dedicatum est, dedit prædium quod in *Seaingvve* situm est, cum mancipiis quibusdam ibidem manentibus, videlicet filius sororis cuiusdam *Gote*. Effecit quoque vt diuinum deinceps officium à Præposito & suis fratribus de *Wiare* iugiter celebraretur: Ecclesiam quoque quæ super urbem *Valckenstein* posita est, dotauit cum prædio, quod jacet apud *Durchusen*, quod ad fruendum tradidit fratribus super montem sancti *Petri* Deo seruentibus, & ad diuinum officium illic ab ipsis fratribus perpetuò celebratur. Ecclesiam super urbem *Hademarsperch* sitam, donauit cum prædio, quod situm est apud *Sunderheringen*, quæ Ecclesia dedicata est in honore sancti *Jacobi*, fratris *Ioannis* Apostoli, Ecclesia autem super *Valchenstein* in honore sanctorum *Leonhardi* & *Egidij* dedicata est.

Incipit adnotatio, summa prædiorum, atque beneficiorum, Domini Comitum *Sibotonis*.

Siboto

Siboto Comes de *Niuenburch*, item de *Valchenstein*, itemque de *Hademarsperch*, & de *Herrantefaine*, filius *Rudolphi* Comitis, consilium dat rogatque proprios & amicos, cognatosque, quomodo & qualiter agant post mortem suam, de acquirendis beneficiis suis quæ possidet aduersis Dominis suis. Primum itaque & præcipuè rogat & monet agere pro beneficio illo, quod habuit primum à *Pataviensi* Episcopo, videlicet *Husluten*, *Cememannestorpb*, *Tuisenpach*, & alia ad hæc pertinentia, quæ non possunt describi, propter urgentem causam, eamque quia si ministeriales Ducis orientalis provincie venerint, & inbeneficiati fuerint, de eo nullo modo filij sui, possunt eis eripere, & sic perdetur; & huius beneficij sunt plus quam quadringenti mansus. Adhæc monet hortaturque, vt omni aditu idem agant pro beneficio quod possidet à filiis Comitis *Gebhart*, de *Barthusen*, quod magnæ utilitatis ipsi est. Cuius pars magna est, & sita est in orientis partibus, & propter prædictam causam videlicet ne ministeriales Ducis orientalis illud inbeneficiare anticipent, pro eodem beneficio agendum est, ne prædicti ministeriales illud sibi *Inaneuel* concedi obtineant. Huius sunt plus quam quadringenti mansus. Post hoc similibus modo rogat, vt idem agant pro beneficio quod habet à Comite *Eberharde* de *Sulzpach*, cuius sunt ferè quadringenti mansus, à Palatino Comite *Ottone*, scilicet juniore habet centum mansus, in quo beneficio tanta utilitas est, quod nullo modo prætermitti quin ab eo obtineatur.

Itaque vniuersis sibi fidelibus diligentissimè commendat, vt primitus agant & laborent, nec rebus nec laboribus suis parcant, quin hæc quatuor beneficia suis filiis obtineant, si ipse prius vita excesserit quam hæc illis ipse obtineat. Post hoc primum rogat, vt agant idem pro beneficio quod possidet ab Episcopo *Tridentino*, ne suis filiis alienetur, cuius sunt ferè quadringenti mansus, à Marchione de *Chreiburch* habet beneficium cuius sunt ferè trecenti mansus. A Comite *Halle* de *Wakbeurch* habet beneficium cuius sunt ducenti quinquaginta mansus. A Duce *Welfone* habet ducentos mansus, à Comite de *Scalab* habet *Vordorf* & *Willingen*, & alia quæ etiam non negligantur, nisi ab eo acquirantur. De Comite *Chuonrado* de *Bilstein* habet beneficium, de quo habet *Sifridus* de *Mauuobe* XV. talenta, & *Magenes* de *Turta* VIII. talenta. *Dietmar* de *Westerburch* V. talenta. *Hainricus* de *Winesche* curtem vnã juxta *Halle*. De Duce *Bauuarie* habet Comitiã in *Luichental*, à Duce orientalis provincie de prædijs ipsius Comitis in terra ipsa positus habet modios, qui vocantur *Marchimuotte*, & iustitiam operum, quæ in vrbibus Ducis fieri debent, & ceteras iustitias, quæ de prædijs Comitis debentur duci, ab eo ipse habet in beneficium. A Marchione de *Stire* habet beneficium quod situm est apud *Wiscabe* & *Hartperch*. Ab Episcopo *Iuuuensi* habet tres aduocacias, vnã super præposituram claustrij *Chiemse*; alteram super ipsius Episcopi bona circum ibidem iacentia tertiam super præposituram *Wiare*. A *Ratisbonensi* Episcopo habet beneficium quod *Hainricus* de *Clamnesteine* ab eo possidet, & alia. De Abbate *Tegarensi* duas villeas curtes, & molendinum in proprio vsu habet, & magnam familiam. De Comite *Rapote* de *Orttenberck* duas carradas vini habet in *Brixental* & alia. Ab Episcopo *Frisingensi* habet aduocatiã super montem sancti *Petri*. De Comite *Pertoldo* de *Andehsen* habet beneficium apud *Ingoltesperch* & duo talenta, quod Dominus *Lazarus* ab eo possidet. Ecce sunt hic per scripta cuncta, quæ aduersis suis Dominis Dominus Comes *Siboto* possidet. De quibus omnibus, omnes fideles suos, vt supra diximus, monet, hortatur, rogat, vt maximam curam habeant omnibus præpositis, de quatuor beneficiis in primis positis filiis suis obtinendis. A Palatino Comite *Friderico*, habet bene-

ficium de quo habet, *Adalbero Crannch* curtem illam de *Anningen*, *Oferim* duos mansus *Lanchampfen*, *Otto* de *Tala* *Vhuobas* & aliud vsque ad xx. mansus.

Itaque præpositus Comitis, qui his bonis omnibus præest, etiam vino quod sibi ultra *Wibetwualdes* debetur de vineis & de curis suis cōducere Comiti debet, scilicet de loco *Runfche* & *Gurlan*, & de decimatione quæ est in beneficio illo, super prædio quod habet in *Ponlen*. In *Campillen* habet prædium ex altera parte *Tsages* fluij quo dicitur *Ander dare* habet prædium. Hæc prædia omnia sunt vinea.

COMES *Siboto* patefacit omnibus suis & vniuersis scire volentibus. Quid vel quantum ad præposituram, quæ pertinet ad urbem *Herranstein*, & quantum sibi inde amministretur, & qualiter duæ Ecclesiæ, quæ ibi sunt constructæ, sint dotatae. In Ecclesia quæ super urbem est posita sunt duo altaria, vnum superius, & aliud inferius. Altare superius est in honore sancti *Pangtj* dedicatum, & inferius in honore sancti *Georgij*. Aliæ quoque Ecclesia est in villa ibidem posita, quæ in honore *S. Laurentij* est dedicata, & hæc est dotata cum grandi curia in ipsa villa posita, & vna curia quæ apud *Hesnich* est posita, & aliæ quæ apud *Osenperge*, & curia quæ apud *Wophsinge* est posita, & curia quæ apud *Pfenirbe* est facta, & VI. vineis.

NOTUM sit vniuersis fidelibus tam presentibus quàm futuris, quod in manus *Gebehardi* Comitis de *Purchusen* traditi sunt, *Dietmar* de *Tisenheim*, & vxor sua, & filij vxoris eius, & *Gerloch* & filij eius de *Berckerstorf*, & prædium ad *Hauenaren*. Hæc sunt prædia Comitis *Sibotonis*, quæ à Domino *Wolfero* suo patruo sibi sunt tradita hic in parte *Baunarica*. Ad hæc etiam duæ partes vrbis *Herrantesteine*, patris videlicet & prædicti patruj sui, & super hæc omnia prædia quæ sibi à patruo suo *Wolfero* prouenerunt infra emse, & mancipia omnia, quæ ipsius erant & sunt tradita ea præter *Henheleis*. Hæc traditio facta est in manus *Gebehardi* Comitis supra nominati, fideliter sibi seruanda & suis filiis, vel delegare quò ipse perierit, & si Comes *Siboto* vitæ excesserit, filiis suis seruanda. Huius traditionis & delegationis testes sunt, *Marchio* Comes *Engilbertus* de *Chraiburch*, *Sifridus* de *Libenouue*, *Goteschalch* de *Hunssperch*, *Cunradus* Dux de *Dachdeuue*, *Wernhart* de *Idene*, *Aribo* de *Piburch*, *Ikkerich* de *Wineburgeriete*, *Marquart* de *Amarange*, *Dietmar* de *Hainheringe*, *Walchuo* de *Hunprehteshusen*, *Pilgrin* de *Eskindere*, *Ortolf* de *Rotenbach*, *Friderich* de *Pange*, *Vlrich* *Desins*, *Wernhart* de *Lusa*. Hi sunt nobiles qui huius rei testes sunt, deinde ministeriales, *Chuno* de *Snaitse*, *Vdelschal* de *Toringe*, *Friderich* de *Selhueben*, *Vlrich* de *Dahsliberch*, *Friderich* de *Eskindere*, *Conradus* de *Percheim*, & frater eius *Witele* de *Riute*, *Hainrichs* de *Clanmensteine*, *Egibolf* de *Niunchirchem*, *Chuonrat* de *Berge*, *Vlrich* de *Rordorf*, *Chuonrad* de *Grinbartinge*, *Eberhart* de *Abeim*, *Friderich* de *Grinherensteten*, *Hainrich* de *Burchausen*, *Ipo* de *Lupendere*, *Dietrich* de *Amarange*, *Ehderno* de *Huorpreheteshusen*, *Vlrich* de *Toringe*.

NOTUM sit cunctis, presentibus & futuris, qualiter Comes *Sigboto* de *Valchensteine*, & Dominus *Sigboto* de *Antvure* filius, fratris sui Domini *Herrandi* in vnum cōuenerint, & quam benignè se pacificauerint de quantum omnia quam ad inuicem habuerint, de prædiis diuidendis quas hereditario jure possederant, & quam firmiter se vtrinque abnegauerint, quidquid ad inuicem de hac causa querelæ vel de aliis rebus tractandum habuerunt. Ipse idem Dominus *Sigboto* de *Antvurte* tradidit & delegauit potestatiua manu sine omni contradictione, patruo suo Comiti scilicet *Sigbotoni* & filiis suis qui sint

viri, quicquid hæreditario iure à parentibus possederat, & tunc in futurum à matre, & fratre, & sorore, adhuc viuentibus, sibi possidendum acquireret, si tamen sine hæreditariis filiis vitam finierit: In hanc traditionem, sumpta est illa delegatio quam Dominus *VVolskerm* patruus Comitis *Sigbotonis* & fratris sui Domini *Herrandi* fecit Palatino Comiti de prædiis suis, quæ in *Bavvarica* regione possederat, tam in hominibus quàm in aliis prædiis, seruandam Domino *Sigbotoni* de *Antuarre*, filio videlicet prædicti Domini *Herrandi*, ita scilicet, vt ipse iam dictus *Sigboto* petat sibi redelegare eandem delegationem, & patruo suo & filiis suis, viris suis à Palatino Comite. Si autem Palatinus Comes hoc non fecerit, & hanc delegationem non delegauerit, vt petitus est, ipse Comes *Sigboto* quærimoniã super eandem delegationem habeat vt antea ipsius auxilio Domini videlicet *Sigbotonis*. Eisdem amicitie hoc addidit præfatus Dominus *Sigboto*, quod omnia beneficia sua, quibus ipse in beneficiatus erat patruum suum præfatum Comitem ab eisdem Dominis in beneficiari peteret, & eisdem beneficiis & filiis suis viros, si sine hæredibus, vt dixi, vitam finierit, nec vllam haberet potestatem, eadem beneficia alio tradi, nec ipsi Comiti & filiis suis. Laudauit etiam eadem die iam hæpe dictus Dominus *Sigboto* quod ipsi patruo suo contra omnes homines, quãdiu viuât & possit, auxilium ferat, fide deuota. Igitur pro delegatione quam Dominus *Sigboto* à Palatino Comite debet reperere, & pro petitione beneficiorum & laudatione auxilij, si eas non impleuerit nec soluerit, vt promisit, statuit territoria pro sexaginta talentis, apud *Herranstain* vnum quod est proximum vrbi, apud *Stouris* duo, apud *Tegrindorff* tria, apud *Pisenbere* quatuor. Collaudatum est etiam ipsa eadem die ab vtroque firmatione vt vtrorumque proprii homines ad inuicem connubia ferant & ducant, & pueros diuidant, exceptis filiis Domini *Ortvini* & *Ruodegéri* de *Cella* & vno filio qui est Senior *Nasle Dietmari*, hinc diuidatur quia omnino proprii sunt Comitis *Sigbotonis*. Hæc omnia facta sunt apud *Niuenbure* multis astantibus, & sub his testibus. *Roudiger* de *Prabach*, *VVerigandus* de *Lous*, *Sigboto* de *Machsebain*, *Gebolff* de *Perge*, *Hainrich* de *Vageno*, *Alberich* de *Chebebach*, *Pabo* & filius eius de *Nurvenbure*, *Volchmar* de *Stolzenberch*, *Ruodolff* iunior, & *VValtmanus* iunior de *Pastbere*, *Hartmann* de *Steuenskirche*, *Heinrich* de *Praxdenberch*, *Albero* & frater eius *VVolfstrigle* de *Rostorf*, *Hartuic* de *Richoluestorff*, *Eberhart* de *Mouerchingen*, *Friderich Stier*, *Friderich* de *Hegelingen*, *Sifrid* de *Ollingen*, & frater eius *Hoholt*, *Dietpold* & *Sigifrid* de *Osterdorff*, *Sigboto* *Cune*, *Chunrad* de *Biebure*, *Hartmann* de *Smidehusen*, *Hartlieb* de *Stuthusen*, *VVerthart* filius *Gebolff* de *Perge*, & eius miles *Egilolf*.

Item notum sit quod hæc talis delegatio, quæ præscripta est, eodem modo quo facta est, notificata est in publico placito Domini *Dietrici* Comitis de *VValtenpurch*, apud vicum qui dicitur *Buoch* audientibus iuris, diei aut *Skeffen*, & aliis iudicialibus & quæstoribus & censoribus iuris. Huius rei testes sunt, *Otto* de *Mosen*, *Ruodolff* de *Diepoltzberge*, *Sigifridus*, *Heinricus* de *Leimingen*, *Sigiboto* & frater eius *Gunzenhaim*, *VVertherus* *Lant Onde*, *Sigiboto* de *Gristete*, *Volchmar* de *VVolfesperge*, *Chunradus* de *Isoliingen*, *Eberhard*, *Sigifrid*, *Heinrich* de *Kouthe*, *Chunradus* *Krescinckh* de *Hohenburch*, *Friderich* de *Eskenhorve*.

Notam sit cunctis presentibus & futuris, quod Dñs *Engilscalcas*, nobilis homo de *Wasin*, accipiens in vxorem filiam Dñi *Sigbotonis* Comitis de *Valchenstaine*

staine, dotauit eam tali dote. Tradidit enim illi omne quicquid proprium habuit, tam in hominibus quam in aliis prædiis & ciuitatibus & rebus, cultis & incultis, quæstis & inquisitis. Ipsam etiam ciuitatem apud *Wasin*, omniaque sua, & hoc fecit sine omni contradictione & sine omni retraditione, ita videlicet, ut si ipsa superuixerit, habeat omnia sibi tradita, in sui met potestate nec ullus amicorum ipsius Domini *Engilscaldi* potestatem habebit vel querimoniam super eadem dotalia bona. Testes *Chunradus* Dux de *Dachorve*, *Chuono* Comes de *Megelingen*, *Pabo* de *Eringen*, *Walchun* de *Instame*, *Sigoto* Comes de *Walchenstein*, *Meginhardus* der *Wasser* de *Neuvenburch* & de *Vwartperch*, *Poppo* de *Ouraba*. *Henricus* filius Domini *Wernhardi* de *Idene*, *Eibart* de *Ekkehartestorf*, *Henricus* & frater eius *Perhtoldus* de *Vogene*, *VVerngant* de *Luochs*, *Siboto* de *Mahselrain*. Isti sunt omnes nobles homines. Hi vero Ministeriales: *Megingoz* de *Furcheberg*, *Wilhelm*, de *VVagingareberch*, *Oytolf* de *Grizkirchen*, *Ekkehart* de *Mounigele*, *VVitigo* de *Hunspereh*, *Marquart* de *Oucelingen*, *Hainricus* de *Ellingen*, *Lazarus*, *Henricus* de *Outershusen*, & cognatus eius *Bernhardus* de *Praitenberve*, *Richere* de *Iorcen*, *Eberhart* de *Mouterchingen*, *Friderich* de *Alinbach*, *Hainricus* *Aitterstain*, *Engilra* de *Egnadach*, *Meginhart* de *Flinspach*, *VVienpoto* de *Toringen*, *VVolftram* de *Harpholshaim*, *Piligrim* & filius eius *Hartman* de *Froschaim*, *Siboto* de *Puoren*, & filius eius *Ascvvin* de *Inhohenbus*, *Chuno* de *Snaitte*, *Marquart* de *Albrataich*, *Friderich* de *Selhouren*, *Siboto* de *Grizstete*, *Otto* de *Sundermaringen*, *Chunrad* de *Grimhartingen*, *Luipolt* de *VValde*, *Luitold*, de *Aichhaim*, *Chunrad* de *Piburch*, *Siboto* de *Mermmuor*, *Gebehard* de *Aich*, *Chunrad* de *Frihaim*, *Etech* de *Snaitse*, *Folchmar* de *VVolfesperch*, *Gotfrid* *Behaim*, *Eberhart* *VVirsinch*, *Einrich* de *Gundingen*, *Purchart* de *VViare*, *Heinrich* *Forbe*, *Ascvvin* & frater eius *Leonhard* de *Phaffingen*, *Wernhart*, *Poswerth* de *Palde-lingen*.

Notum sit vniuersis Christi fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, quod *Henricus* Comes de *Lechsmunde*, & vxor eius ac filij ipsius & *Hensole* de *Welvva*, & filij eius cum vxore sua, tradiderunt prædium *Gunthartisperge* *Sibotoni* Comiti & filiis eius in proprium, & aduocationem super dotem eiusdem Ecclesie, & huius traditionis sunt testes isti: *Panbarius*, *Hartvvicus* de *Mounisingen*, & *Ernhart* *Spiegel*, *Henricus* de *Otirshusen*, *Perhtoldus* de *Papinhouin*, *VValtmannus* de *Balspere*, & filius eius *Fridericus*, *Henricus* de *VVartpuhil*, *Leonhard* de *Aich*, & filius eius *Gebehart*, *VVerngant*, *Liuh*, *Siboto* de *Mahselrain*, *Sifrit* de *Ollingen*, *Diepolt* & *Sigifridus* de *Ostindorff*, *Henricus* de *Tisenhaim*, *Ekkehart* de *Seheim*, *Pabo* de *Niunbure*, & filius eius *Volchmar* & filius *Egilolf*, *Henricus* *Præpositus*, *Hobold* de *Ollingen*, *Marquart* de *Steukenkirchin*, *Henricus* & frater eius *Leonhardus*. Hoc factum est. *Huumbure*, testimonium, *Vrsinperge* factum est testimonium *VValtmanno* & filio eius, & viuis eius.

Notum facimus omnibus volentibus quod *Henricus* Comes de *Lechsgemunde* iterum relegauerit prædium *Gunthartisperge* apud *Putinhart*, & hi testes sunt: *Rudolfus* de *Lucilindorf*, *Chunradus* *Seman*, *Perhtoldus* de *Siboladesdorff*, *Chuono* *Eskenorve*, *Fridericus* de *Selchouben*, *Meinhardus* de *Filspach*, *Chunradus* de *Grimhartingen*, *Meinwardus* & frater eius *Ortvvinus* de *Celle*, *Chunradus* *Chil*, *Gerloch* de *Grauingen*, *Volemar* de *VVolfesperch*. Illud idem prædium filius prædicti *Hertvvolchi* & vxor sua, cum licentia Comitis *Henrici* tradiderunt S. comiti ad *Niuersig*. Testes sunt idem Comes *Henricus*, *Rudolf* de *Luzeldor* & frater eius, *Chunradus* *Trilzaz*, eiusdem Comitis, *Hartvvic* de *Striebin*, *Adyltimus* filius eiusdem *Hertvvolchi* confessus est & non negauit se eisdem Comi-

Comiti idem prædium tradidisse in apto placito, & iudicio Comitis Dieteri apud *Iſoluingen* habito. Quod testantur Comes *Dieterus*, *Walchoun de Steine*, *Chuono* prædicti Comitis filius, *Gebehardus de Etelingen*, *Chuonradus de Iſoluingen*, *Heinricus* & frater eius *Sigfridus aben Riote*, *Fridericus* & *Sigoto de Griezſete*, *Chuonradus de Friheim*, *Heinricus iunior iudex*, & *Heinricus Senior iudex*, *Hartmannus de Nuzdorff*, *Volchmarus de Wolfesperch*, *Helmboldus*, *V Vernherus*, *Fuirſtain*, *Tifenheimenſes* omnes, & alij quam plures ſuorum.

CHVONRADVS Comes de *Biſſeine*, abrenunciavit omni querelæ quam fecerat ſuper patrimonium Comitis *Sigbotonis* in *Herrandſtaine*, & in omni patrimonio, quod attinet ad idem patrimonium & hoc factum eſt *Stoyle* ſub vexillo Ducis *Austria* duello affixo. Huius rei teſtes ſunt *Heinricus* Comes de *Scala*, *Sigehardus* Comes, *V Walchoun de Steine*, *Regimbertus de Elſarn*, *Eſenricus de Ammendorff*, *Marchwardus de Frounze*, *Cholo*, *Fecilo*, *Engilſcalch de Choulube*, *Otto de Paulan*, *Hermannus de Biela*, *Embrich de Baterbuſen*, *V delricus Lambert*, *Eppo* & frater eius *Lnodovicius*, *Meginhardus de Tribanſvinchel*, *Sigfridus V Valch*, & frater eius *Heinricus de Mounich*, *Hermannus de Hietzberch*, *Chuonradus de Grabſtat*, *Albero de Botenbrunne*, *Goteſfridus de Driſtriche*, *Chuono de Harde*, *Otto Otkoz de Brandenberch*, *Chuonradus de Steuſſchirchen*, *Sigoto de Iollingen*, *Sigfridus Iſenpua* & *Carolus* frater eius. In ſuper omnes qui aderant ſub vexillo Ducis.

CHVONRADVS Comes de *Biſſaine*, abrenunciavit omni querelæ quam fecerat in *Herrandſtaine* ſuper *Dominam*, *Sophiam* & *liberos* eius & *Dominum*, *Nizonem*, & omnem hereditatem, qua pertinet in *Herrandſtaine*. Et hoc factum eſt *Brünſendorff* in prato coram Duce *Henrico*. Huius rei teſtes ſunt, *Luipoldus* & frater eius *Heinricus* filij præd. ſi Ducis, *Fridericus* & *Heinricus* Caſtellani de *Ratiſpona*, *Heinricus* Comes de *Scala*, & frater eius Comes *Sigehardus*, *Fridericus* Comes de *Hohenburch*, *V Walchoun de Steine*, *V Vernherus* de *Laura*, *Luothovicus de Sunnemberch*, *Herrandus de Drozza*, *Herrovicus de Chenenbrunne*, *Albero de Horne*, *V Vatto de Valchenſteine*, *Chono de Bouſe*, *Otto de Gërrandſtaine*, *Otto de Brantemberch*.

Comes *Sigoto* notum facit omnibus ſcire volentibus, quod ipſe obtinuit coram *Salzburgenſi* Archiepiſcopo, Dño *Chuonrado* Apoſtolice ſedis legato, quod quomodo cunque litem illam qua eſt inter eum & Præpoſitū de *Viare*, terminaverit, hoc ipſe ratum habeat. Hoc attestantur Dñs Abbas de *S. Petro*, & Dñs *Heinricus* plebanus de *Struveliden*, *Leingottus* Caſtellanus de *Salzberg*, *V Vilhelmus de V Vanareberch*, *Marchwardus de V Zelingen*, *Luipoldus de V Valde*, *Dietmarus* Marſcalcus, *Volcholdus*, *Heinricus* *Bavarus*, *V Walchoun de Steine*, *Otkoz de Prantenberch*, *Helmboldus de Hadeluingen*. Hæc liſt poſtea terminata eſt inter Comitem *Sigotonem* & eundem Præpoſitum apud *Nirvenburch*, tali modo, quod ipſe Comes tradidit Eccleſiæ de *Viare* vnam curiam, & vnum molendinum, apud *Happingen*, & dimidium manſum, apud *Talheim*, & apud *V Valde*, locum vnum, abſque curiis, & prædium vnum apud *Pienzenorve*. E contra Præpoſitus prædictu per manus proprias & fratrum ſuorum tam clericorum quam laicorum coauerforum abrenunciavit honis apud *Chortel* & *Oſterdorff*, & ſuper omnibus cauſis aliis, de quibus agebatur. Teſtes huius rei ſunt, *Walchoun de Steine*, *Volchmar de Stolzenberc*, *Egilolfus* & *Leonhar-*

du.

duc, *Heinricus* & frater eius *Ockoh* de *Prantenberc*, *Chuonradus* de *Stewernkirchen*, *Ruodigerus* de *Heselnwach*, *Hoholdus* & *Diepoldus*, *Ekehardt*, *Heinricus*, *Barvarus*, *Ekehardus* de *Bunhten*, *Arbo* fidelis Domini *Walchuo*, *Volchmarus* de *VVolfesberc*, *VVernherus* *Fuirstein*, *Otto* de *Endorf*, *Diepolt* de *Osterendorff*, *Siboto* de *Mahselrein*, *VVolfker* *Dume*, *Heinricus* *Prapostus*, *Fridericus* de *Guntesheim*, *Ruodigerus* de *Holzheim*, & frater eius *Chuonrat* *Schuhil*, *VVernherus* *Lantode*, *Heinricus* de *VVaren-gouue*.

Notum sit Christi fidelibus quod Domina *Iuditha* filia Domini *Herrandi* dele-gauit tale ius quod habere potuit in vrbibus *Valchenstain* & *Herranslein*, in manus Domini Ducis *Otonis*, cum liberè facere potuit, ea cõditione vt nihil inde ageretur non secundum petitionem Domini Episcopi *Ratisponensis* *Chuon-nonis*, & hoc factum est ad honorem ipsius Episcopi. Huius rei testes sunt Epi-scopus de *Pabenberc*, & nepos eius *Marchio* *Pertholdus* iuuenis, Episcopus *Patia-niensis*, *Otto* Episcopus *Bambergensis*, *Fridericus* *Palatianus*, *Heinricus* de *Altendorf*, *Sigboto* Comes de *Valchenstaine* & filius eius *Chuono*, *Walchuo* de *Steine*, *Albrecht*, *VValchuo* de *Chambe*, *Hadamarus* de *Ahuosen*, *VVernhardus* de *Horpach*, *Fridericus* de *Steuiningen* iuuenis, *Nizo* de *Kettenpuoth*, *Sigihardus* de *Eberspant*, *Volricus* de *Zeren* *Virtum*, *Meinhart* de *Guophiern*, *Chuono* de *Puchse*, *Vlricus* *Schurf*, *Vlricus* de *Schrobenhusen*, *Chuonradus* *Iudex* de *Lartenperch*, *Ratolch* de *Renprehtes-dorff*, *Vlricus* *Sibenhar*, *Albertus* de *Gunthartesperch*, *Oratwring* de *Cella*, *Eforwinus* & *Bernhardus* frater eius de *Phahingen*, *Ekkehardus* de *Voubten*, *Alprehtus* de *VVal-thalmingen*, *Heinricus* Comes de *Plaigen*, *Heinricus* Comes de *Ferantenhufen*.

Hæc omnia facta sunt in Monasterio *Ammenperch* in dextro choro. Post hanc præscriptam delegationem. *Otto* Dux sedens in iudicio in ore suo *Ammenperch*. Episcopo ingrediente rogauit eum Dux vt daret ei arbitrium, facere cum legatione secundum suum libitum, & hoc ipse concessit. Huius rei testes sunt *Dietricus* Comes de *VVasserpurch*, *Siboto* Comes de *Valchensteine*, & filius eius *Chuono*, *VValchonus* de *Steine*, *VVernherus* de *Labere*, *Purhardus* de *Steine*, *VVernhardus* de *Horpach*, *Pernhardus* de *Mosen*, *Egelolfus* de *Steine*, *Heinricus* de *Tollezn*, *Heinricus* de *Altendorff*, *Alpreht* Comes de *Pogen*, *Gebehardus* Comes de *Tolnsteine*, *Erchenphretus* de *Hagenouwe*, *Chuonradus* de *Tornperch*, *Vlricus* & frater eius de *Hafelpach*, *Alpreht* & frater eius de *Chambe*, *Liutoldus* de *Orv*, *Pertholdus* de *Preitenprunnen*, *Fridericus* de *Steueningen*, *Otto* Comes de *Ratispona*, *Heinricus* Co-mes de *Plaigen*, *Hainricus* Comes de *Frantenhufen*, *Pabo* de *Eueprehteskirchen*, *Ruo-prech*, *VVolf* & frater eius *Alprehtus*, *Eberhardus* de *Ahenhusen*, & frater eius *Hade-marius*.

Postquam hæc omnia facta sunt, eunte Duce ad *Cæsarem*, insecutus est eum Dominus *Chuono*, & reperit eum *Tigingen*, & rogauit eum vt legationem hanc daret in manus Domini *Altmanni* de *Abensperg*, nihil inde faciendum nisi secundum rogatum ipsius Domini *Chuononis*, quod ipsi concessit in cimiterio *Tigingen* sedens pro tribunali, & delegauit in manus Domini *Altmanni*. Huius rei testes sunt: *Otto* de *Stephinigen* *Landtgraphe*, & frater eius *Fridericus*, *Chuon-radus* de *Ahusen*, *Otto* *Castellanus*, *VVernherus* de *Laberb*, *Chuonradus* de *Werde*, *Alpreht* de *Preitenprunnen*, *Arnoldus* de *Gruonharteshouen*, *Haraditus* de *Frovenbouen*, *Chuno* de *Lengenuelte* *Reuan*.

Anno ab incarnatione Domini Millefimo Centesimo Sexagesimo, iudicio-
ac nona III. idus Iunij. dedicata est basilica ad *Hadamarperc*, à venerabili
Domi-

Domino *Eberhardo Iuuauensis Ecclesie Archiepiscopo*. In honore sancte Trinitatis & victoriosissime *Crucis*, & perpetue Virginis *Mariae*, precipueque in honore sancti *Iacobi* Apostoli. Et hæc sunt reliquie in condita. De sepulchro Domini, sancte *Mariae*, sancti Apostoli, sanctorum *Innocentium*, *Vincenrij*, *Lanuperti*, *Chrylogoni*, *Gereonis*, *Dionysij*, *Antonij*, *Mat.* sanctorum *Confessorum*, *Martini*, *Nicolai*, *Galli*, *Vdalrici*, *Fortunati*, sanctarum Virginum, *Felicitatis*, *Affrae*, *VValpurgæ*, *Vndecim Mart. Virginum*.

ANno ab incarnatione Domini M. C. LX. IV. Indictione XII. sexto Idus Septemb. *Fridrico* Imperatore regnante, petitione Comitis *Sibotonis*, sub statu bono Ecclesie dedicata est Ecclesia *Novurwenburc* a venerabili *Frisingenst* Episcopo *Adalberto*, in nomine sancte Trinitatis & sancte *Crucis*, & specialiter *S. Mariae*. Sunt autem ibi reliquie sancte *Vestæ*, sancte *Mariæ*, de ligno Domini, de sepulchro eius, de præsepe eius, *Ioannis Baptistæ*, *Apostorum Andreae*, *Iacobi*, *Luce* Euangelistæ, *Laurencij*, *Panocratij*, *Tripolis* & *Mandali*, *Mauritij*, *Siluestri*, *Nicolai*, *Valentini*, *Cæcilie* Virginis.

Altare in eadem Ecclesia dedicatum est in honore *S. Ioannis Baptistæ*, *Iacobi* Apostoli, *Georgij*, *Panocratij*, *Kilianij*, *Tripolis* & *Mandali*, *Fortunati*, *Nicolai*, *Leonis*, *Wunebaldi*, *Macerni*, *S. Mariæ* *Magdalene*.

Comitis *Sigbotonis* pater dicebatur *Rudolfus*, Auus eius *Herrandus*, Atauus eius *Patto* Eiusdem Comitis mater dicebatur *Gerdrut*, Auus eius *Sigbot*, Atauus eius *Gerolt*, Filij Comitis *Sigbotonis* dicebantur *Chuno* & *Sigbot*, mater vero eorum *Hiltegardis*.

Peisenberg. Pispere.

DIE Vogitaigi vber *Kiemisser* gæth, in *Grazzover* tal, vnd in *Luokintal*, lie der Graui *Sibot* dem Margraui von *Craiburc* Lissinum libi mit bescadinti redi. Sveenni er niht vvari daz si ja oder jne suni vvidir an vieli. Des sint gezuic Graui *Heinrich* von *Vrantinhusin*, *Haituole* von *Velovin*, *Hadmar* von *Abusin*, *Sibot* von *Antvvurti*, *Babi* von *Eringin*, *Alber* von *Zaizberingen*, *Gerunc*, von *Sittheim*. *Friderih* von *Heskinovvi*, *Ruedolf* von *Diepoldisperc*, *Volemar* von *VVoluisperc*, *Sigbot* von *Mermos*, *Tovicht*, vna *Heinrich* von *Torringen*, *veni* von *Snaitse* vnd suni *Otti* vnd *Bruni* von *Craidorf*, *Friderich* vnd *Heinrich* von *Griezstetin*, *Sturid* von *Muruti* vnd manc andei man dir des tagis *Ziendorf* vvas, do der Margraui vziendi *Cuem* von *Snaitse* vnd *Friderichin* von *Eskinobli*.

Der Margraui *Pertolt*, von *Andebs*.

Der Margraui *Engilpreht* von *Craiburc*,

Heinricus Comes de *Lechsgemunde*.

Notum vob. quod Comes *Siboro* & vxor sua *Domina Hiltegardis* & filij eorum querimoniam fecerunt in Curia Dni *Decis* *Ottonis* apud *Plintingen*, super urbem *Megelingen*, & oia bona sibi pertinentia & oes homines qui fuerunt patris eius & matris scil. *Comitisse* in nouissimis dieb. eorum. Huius rei testes sunt, *Palatinus Otto*, *Heinr. de Altendorff*, & frater eius, *Heinr. de Stoecke*, *Purchard* de *Steine*, *Altmannus* de *Abensperch*, *Wichnât* de *Haselbach*, *Albero* *VWolf*, *Pabo* de *Eringen*, *Albero* de *Prugge*, *Ratolt* de *Rempesdorf*, *Frider. de Lonsperch*, *Ottolfus* de *Tegerzvvanch*, *Walehunus* de *Steine*, *Otto* de *Alche*.

Afcheringen, Coppoldus de Lochufen, Hadamarus & fratres eius de Ahufen, Arpreht & fratres eius de Chambe, Chunradus de Encinespach, & frater eius Chrafft, Eberhardus de Luige, Heitvolchus de Velvven, Comes Vlicus de Perge, Eberhardus de Steinpach, Dietricus de Moefen, Hartpreht de Aheim, Engelpreht de Planchenperch, Gebhardus de Iulpach, Comes Chunradus de Mospurch, Comes Chunradus de Dornperch, Diepoldus de Erlahe. Hi sunt liberiores. Post hos nominandi sunt ministeriales, Hartvvicus de Richolsdorff, Chunradus de Grimhartingē, Henricus de Streueningen, Henricus de Chlammesteine, Vlicus de Elmoyve, Otto Chopf, Henricus & fratres eius Rudegerus de Lindaha, Vlicus de Wetingen, Chunradus de Tegernpach, Liutoldus de Oyve, Vlicus de Schrobenufen, Pertholdus de Eschelbach, Henricus Seligischint, Alhart de Priesingen, Gelfrat de Tiespach, Henricus iudex de Rintpach, Chunradus de Friheim.

Notum facimus de beneficio Marchionis de Stier, Ad Vischahe III. mansus, ad Hartberch II, mansus, quod habet Dominus Percholdus de Eriberperch, Dominus Erchengerus autem hoc habet de Vischahe, qui est de Landesere.

Catalogus Præpositorum & Administratorum Monasterij *Vveyarn*, quorum nomina reperiri hæcenus potuerunt.

- I. GOTSCALCVS, ob. an. 1307.
- II. WILHELMVS, an. 1332.
- III. RYDPERTVS an. 1344.
- IV. CONRADVS an. 1346.
- V. ALBERTVS an. 1350.
- VI. HENRICVS an. 1372. Hic Monasterij incendio conflagrati secundus quasi fundator, & restaurator fuit, & incorporationem parochiæ *Neukirchen* Monasterio ad summam paupertatē redactæ à summo Pontifice impetrauit.
- VII. CONRADVS II. ob. an. 1389.
- VIII. VDALRICVS *Liebslaider* / an. 1403.
- IX. IACOBVS *Schlipffhaimer* / an. 1428.
- X. CONRADVS *Schlecher* / an. 1433.
- XI. PAVLVS *Trumb* / an. 1440.
- XII. CHRISTIANVS *Rützager* / an. 1466.
- XIII. FRIDERICVS *Rürschner* / an. 1467.
- XIV. LEONARDVS *Larffner* / quondam Vicarius Chori *Salisburgen*, obiit ann. 1490.
- XV. LEONARDVS *Haffner* / Vicarius Chori *Salisburgen*, obiit an. 1516. ætatis 84.
- XVI. GEORGIVS *Kotschmidt* / obiit in Ecclesia ante altare *S. Barbara* virginis quo se morti vicinus, singularis qua erga illam fuisse perhibetur deuotionis causa deferri iusserat, an. 1532.
- XVII. IACOBVS *Röpsinger* / ob. an. 1543.
- XVIII. GEORGIVS *Schmidhaimer* / an. 1548.
- XIX. IOANNES *Nieder* / Administrator, an. 1561.
- XX. OSWALDVVS *Graff* / Administrator, an. 1569.
- XXI. IOANNES *Eckhart* / presbyter secularis, primo parochus *Aiblingen* sed postea ob collapsum funditus, de pauperumque penitus Monasterium nullo alio qui Præposituræ administrationem suscipere vellet exiit.

existente, necessitate urgente in Administratorem ad tempus susceptus fuit, ob. an. 1570.

XXII. IOANNES *Piscator*, professus in *Bernried*, postulatus, præfuit Monasterio annum plus minus, ob. an. 1571.

XXIII. BERNHARDVS *Piscator*, & ipse quoque professus in *Bernried*. obiit 1575.

XXIV. LEONARDVS *Hörman Aiblingen*. Administrationem suscepit ann. 1576. præfuit an. 13. mens. 3. dies 19. ob. an. 1589. ætatis suæ 80.

XXV. CASPARVS *Holstainer*, Præpositus confirmatus, præfuit ann. 18. ob. an. 1610.

XXVI. WOLFGANGVS *Keiffenstul* modernus Præpositus, frugalitate sua & industria, Monasterio utilitatem, sibi laudem non vulgarem, hæcenus acquisiuit.

S. ZENONIS.

MONASTERIUM Canonicorum Regularium D. Augustini. Conradus Archiepiscopus Salisburgensis, Nepos Babonis Comitis Abenspergensis, apud Reichenhall in Norico Canonicis regularibus sancti Augustini collegium, instituit, quod sancti Zenonis vocant, primumque Præpositum ibi Lonzoneum, ordinavit. Obiit Conradus, postquam XLVI. annis laudabiliter Ecclesiæ Salisburgensi præfuisset, anno, 1147. Auentinus lib. vi. fol. 615. & 623.

Nobiles ibi sepulci de Haslang.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, EGO CONRADVS SANCTÆ IUVAVEN-

sis Ecclesiæ Archiepiscopus, & Apostolica sedis Legatus.

QUONIAM quidem Christus, cum dives esset, pro nobis pauper factus est, ut nos illius inopia ditaremur: Sic nobis intelligendum est, super hunc egenum & pauperem, ut & vestigia humilitatis eius imitari studeamus, & ei in fratrib. suis minimis, ubi eget & pauper est, benefacere non negligamus. Itaque pauperes Christi Halenses Canonici, cum clamarent ad nos, aurem benignam protinus apponentes eorum vocibus, effectum petitioni ex Pontificali munificentia præstitimus, ipsiq; misericordiam fecimus, ut in die malo liberante nos Domino misericordiam inueniamus. Proinde tradimus omnipotenti Deo, beatæq; Dei genitrici Mariæ, Sanctoque Zenoni, & supradictis fratribus prædium vnum & syluam quod in Cella dicitur, quod Beneficium erat Comitis Cunradi, quod ipse nobis manu sua resignavit, ea de causa, ut prædictæ Ecclesiæ tradere-mus. Quod ita distinctum est in terminis suis, qui iustis nominibus exprimuntur Chympergisort, Munchisfurt, Grunethal, Rintpachis, Vrsprinch, Aschecke, Peutaris. Huius inquam prædij donationem facimus cum omni iure nostro, quod ibidem habuimus, vel habere possumus, & omni utilitate quam ad præsens ibidè inueniunt, & in posterum consequi possunt. Decernim⁹ ergo ut nulli omnino hominum liceat supradictam Ecclesiam, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare: sed illibata oïa & integra conseruentur, eorum pro quorū gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsib. omnimodis profutura. Si qua ergo in futurum Ecclesia-

Metrop. Salic. Tom III.

u u

stica